

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De orthographia dictionum e Graecis tractarum**

**Johannes <Tortellius>**

**[Venedig], 12. Nov. 1484**

L

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

Solino decies centena & uiginti milia passuum colligitur. latitudo uero ubi plurimum quadringenta decē  
Vbi minimū centū triginta sex milia. umbilicum (ut Varro tradidit) in agro reatino habet. hæc dudum te-  
ste Plinio præfato in libro tertio ex latere maris superi rubiconem fluuium pro finibus habuit. Quod Lu-  
canus libro primo prius dixisse uidetur: cum ait: Et gallica certus Limes ab ausoniis determinat arua colōis  
ita ut a rubicone usq; ad alpes gallia fuerit: quæ cisalpina dicebatur: & non Italia. nonnulli uero hos fines de  
prouincia quo ad romanos duces: & non quo ad generalem Italiae situm intelligere uoluerunt.

**I**thaca cum. i. latino in initio: & th aspirato atq; .c. exili scribitur: insula est teste Plinio libro quarto naturalis  
historiæ ante leucada & achaiam posita: cantatissima quidem domino ulyxco. in qua mons neritos esse dici-  
tura quo tota insula nonnunq; neritos nuncupatur.

**I**thatus eodem modo scribitur: & cognomen fuit Vlyxis ab ithaca insule susceptum.

**I**tymoneus prima cum. i. latino sequens cum. t. exili: sequente. y. greco scribitur: fuit teste Homero libro un-  
decimo iliados Hyperochi filius: uir in primis strenuus: & in bello pylorum cum helidensibus ab Nestore  
iaculo interfectus.

**I**thyreus cum. th. aspirato: sequente. y. greco scribitur: dicitur quasi ithyneus: hoc est directius: ab ἰθυρεός  
uerbo greco: quod est dirigo. unde epitheton ponitur a Virgilio arcuum parthicorum: cum dixit libro ge-  
orgicorum secundo:

Ithyreos taxi torquentur in arcus.

**I**tys prima cum. i. latino: sequens cum. t. exili: sequente. y. greco scribitur: fuit Terei thracum regis filius: qui  
a matre Progne in frustra defectus patri in cibum datus fuit: ut late monstrauit Ouidius libro metamorpho-  
seos. & libro secundo de sine titulo ait: Atq; sua cæsum mare quærūt itym. & est fasianus: ut dixit Serui:  
nam in fasianum conuersum Itym dixere poeta.

**I**udæus cum. æ. diphthongo scribitur: nomen est deductum a iudæa: quæ similiter per. æ. diphthongū scri-  
bitur. & prouincia est palæstinæ: quam pulcherrime Solinus in collectaneis descripsit: & iudei populi: quæ  
gens est teste Plinio libro. xiii. naturalis historiæ contumelia numinum isignis.

**I**ugurtha cum th aspirato scribitur a grecis: fuit numidiæ rex: de quo Salustius elegantissimè scripsit historiã.

**I**ulus cum unico. l. sequente. u. scribitur: fuit Aenæ filius: de quo uidimus in dictione Aescanius. cuius deriuat-  
tium teste Prisciano libro secundo est Iulius: cum. i. latino post. l. & ante. u. Virgilius libro æneidos primos  
Iulius a magno demissum nomen iulo.

Dictionum græcarum: quæ latine scribuntur: & ab. i. littera initium sumunt orthographia finit.

Incipit earum: quæ a. k. consonante scribuntur.

Littera consonans cum eadem habeat in metro potestatem: ac in uoce sonum cum. c.  
nostra consonante: penitus superuacua esse uidet: ut dixit Priscianus: & ante illuz prius  
dixerat Quintilianus: nec ulla prorsus uidet ratio cur in dictionibus græcis. a. sequenti  
potius scribi debeat. k. q; .c. ut nonnulli ex modernioribus absq; ratione uoluerūt: cō-  
perimus etiam Nigidium Figulum: quo & Varrone nemo apud romanos doctior habitus  
fuit: nunq; in cōmentariis suis. k. aut. q. fuisse usum: ideoq; nos omnes dictiones græcas

quas latine trāsribendas nouimus per. c. ipsuz & nō per. k. ex maiore nostre auctoritate scribemus. Et ma-  
xime cum id idē Festum approbatissimū auctorem obseruasse nouerimus.

**K**yriceison prima cum. y. greco: & reliquæ cum. i. latino scribunt: dictio est composita ex kyrice quod signifi-  
cat domine: hoc est uocatiuuz huius nominis kyrice qui est dominus: & elcison: quod est miserere: hoc est  
imperatiuum huius uerbi ἑλεω quod est misereor: sed in compositione p collisione abiicit primæ dictionis  
ultimum. e. per modum quem supra uidimus: & proferri debet cum accentu in penultima.

Dictionum græcarum: quæ latine scribuntur: & a. k. littera initium sumunt orthographia finit.

Incipit earum: quæ ab. l. consonante scribuntur.

Abatus cum. t. exili scribitur: nomen est uiri propriū: de quo saepe Plutarchus meminit

Labdacus cum. c. exili scribitur: fuit Polydori filius filii Cadmi: & frater Laii.

Labynetus cum. y. greco & t. exili scribitur: fuit teste Herodoto libro historiæ primo  
uir babyloni<sup>9</sup> filius Nistocris reginæ babylonæ: & ipse fuit babyloniorum tyrānus.

Labyrinthus secunda cum. y. greco: sequens cum. i. latino: & ultima cū. th. aspirato scri-  
bitur: fuit structura pro magna sui parte subterranea: uiarum ambagib<sup>9</sup> adeo inflexa: ut

nemo: qui intrasset posse inde exire diceret: & teste Pli. li. xxvi. naturalis historiæ: in quattuor mundi parti-  
bus compertus fuit: ut primus in ægypto: secundus in insula cretæ: tertius in insula lemni: quartus in clusio  
italiæ oppido: sed creticus famosior habet: & a poetis græcis & latinis maxie decātatus: fabricatusq; a Dæ-  
dalo ingenioso fabro: dicente Ouidio li. viii. metamorpho.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.

Ponit opus: turbatq; notas & limina flexu.

Ducit in errorem uariag; ambage uiaruz. Et subdit: Vix ipse reuerti Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.  
Sed teste

Sed teste Plinio centesimam tantum portionem labyrinthi ægyptii accepit: quem pro exemplo habuit.

- L**acena cum. æ. diphthongo & c. exili scribitur: genus est uestimenti.
- L**achana cū. ch. aspirato scribitur: græcū est uocabulū & numeri pluralis: atq; oē genus oleris in se cōprehēdit.
- L**acenus cum. c. exili & c. absq; diphthongo scribitur: & facit fœmininum lacena & neutrum lacenū: nomen est deductum a laconia: & dicitur laconicus. Virg. li. Georgico. ii. Virginibus bacchata lacenis. i. laconicis.
- L**aconia cum. c. exili scribitur: prouincia est i achaiā siue pelopōneso: quæ teste seruiō super quartū georgico rum: cæbalia dicta fuit. Idem sensisse uidetur Virgilius & Statius in achilleide: cum dixit: Soluerat cæbalio classē de littore pastor Dardanus. De quo in ea dictione uidebimus.
- L**acedæmonia secunda cum. c. exili: & c. absq; diphthongo: sequēs cū. æ. diphthongo scribitur: fuit laconicæ urbs condita a Lacedæmone Iouis filio ex Taygeta. & nonnunq; a poetis declinat Lacedæmon: huius lacedæmonis. ut Ouidius in prima epistola: O utinam tunc cum lacedæmona classe petebat Obrutus infans esset adulter aquis. Hæc eadē alio noīe etiā sparta dicta fuit: ut in ea dictione uidebimus.
- L**achesis cum. ch. aspirato scribitur: fuit una ex parcis: ut uidimus in dictione Atropos. de qua ait Martialis in primo. Nil adicit penso lachesis: fusosque sorore Explicat: & semp de tribus una rogat.
- L**acinium cum. c. exili & i. latino utrobq; scribitur: promontoriū est italia inter adriaticū & ionicū mare: sic quoq; cognominatū: ut in quibusdā Theocriti glosulis comperi: a Lacinio latrone quodam: qui illum in habitans: ab Hercule interemptus fuit. Idem Seruius super tertium æneidos: affirmare u idetur. Fuit etiā famosum ex templo Iunonis lacinia: ut Virgilius: Attollit se diua lacinia contra. Estq; ex parte orientali ppin quum crōtonæ: ut ostendit Theocritus in ea ægloga quæ incipit: εἰτὲ μὲν οἰω κορυλάων.
- L**acina eodē modo scribitur: cognomē est Iunonis: a lacinio pmōtorio tractū: sup quo ædē habuisse diximus quā Hercule interfecto Lacinio latrone & loco expiato: cōstituisse in eisdē Theocriti glosulis cōperi.
- L**acydes cū. c. exili & y. græco scribitur: fuit cyrenæus philosophus Alexandri fili: & nouæ academix princeps: atq; Arcefilai successor. Fuitq; uir mire seueritatis: & ab adolescētia studiosus: sed pauper. Habuitq; scholā in horto: quæ Attulus rex fieri curauerat: qui & Lacydi<sup>9</sup> est appellat<sup>9</sup>. Mortu<sup>9</sup> est ex paralyfi: quæ ex inmodi ea potatione cōtraxerat: cum iam. xxvi. annos in schola regēda cōsumpisset.
- L**aocoon cū. c. exili: precedēte unico o: & duob<sup>9</sup> sequentib<sup>9</sup> pleno nomine: hoc est sine synaresi scribitur. Nam cum synaresi duo illa o: quoq; primū est breue: & ultimū longū: quia est ω mega apud illos: in unum longū conuertuntur. & scribitur apud græcos Λαοκων cum accentu circūflexo in ultimo: ut uidebim<sup>9</sup> in dictione profodia. At cum plēnū nomen est: habet accentū acutum in penultima: quod in dictione græc: declinata etiam a nostris obseruari debet. ut ibidē ostēdimus. Fuitq; ut nonnulli ferunt: regis Priami filius: & Apollinis sacerdos. de quo Virgili. lib. æneidos. ii. inquit: Primus ibi ante omnes magna comitante caterua Laocoon ardēs summa decurrit ab arce. Et deinde psequit<sup>9</sup>: quæadmodū hasta percussit fatalē equum a dolosis græcis confectum: ob quod a duobus serpentib<sup>9</sup> cum duob<sup>9</sup> paruis filiis postea compræhensum: necatū depastūq; ostendit. Verum Euphorion referentē Seruiō dixit: cum post aduētū græcog: ad troiam sacerdos Neptuni lapidibus a troianis occisus esset: quia illog: aduētū sacrificiis non prædixit: & postea Neptuno troiani ipi sacrificare uellent Laocoon tymbrazi Apollinis sacerdos forte ad id ductus est: ut solet fieri cum deest sacerdos certus. Et cum hic piaculū commisset ante simulachrū numinis cum uxore coeundo: ob id quoq; immissis draconibus cum suis filiis interempt<sup>9</sup> est. Et hoc quidē habere historia dixit Seruius: Sed Virgilū ad troianog excusatōem aliter interpretatū fuisse. Cuius rei a Virgilio descriptæ simulachrū dixit Plini<sup>9</sup> libro xxxvi. naturalis historia: in domo Titi imperatoris romæ suo tempore esse opus omnib<sup>9</sup> & picturæ & statuariæ artis præponendū ex uno lapide euz: ac liberos draconūq; mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices Argeander Polydorus & Athenodorus.
- L**acrimæ cum. c. exili & i. latino scribitur. fuit teste Herodoto lib. historiarum primo: uir lacedæmonius missus ad Cyrum.
- L**amargia cū. æ. diphthongo scribitur. dicit a nostris ingluuius. & inde læmergus gulofus.
- L**ana cū. æ. diphthongo scribitur. genus est uirilī uestimēti: quod sup. alta portabat. ut Virgili. in. iiii. Ardebat murice lana. hoc Homerus clānam uocat. ut in ea dictione uidimus.
- L**æpherigones prima cū. æ. diphthongo: sequēs cū. ph. aspirato scribitur: populi sunt quidā.
- L**aertes cum. t. exili scribitur. fuit Acrisii filius & pater Vlyxis: ipso dicente apud Ouidiū lib. xiii. metamorphoseos: Acrisius illi: Iuppiter huic. Hic cum ob filii absentia laboriosam uitam duxerit: tertio anno post reditū Vlyxis mortuus est: ut testis est ditis. Et quia eiusmodi nomina græca terminata in es mittunt etiā nominatiui terminatōem in a: declinatōem recipiūt latinā. ut Anchises & Anchisa huius anchisæ: & Laertes ac Laerta huius laertæ. & ablatiū etiā finit in a. Ouidius tertia epistola: Laertaq; satus per quos comitata redire. Nam si diceret Laerte: minime staret uersus: cum illud. c. breue esset. Sed de his satis superq; uidim<sup>9</sup> in dictione Anchises. Quin & notandū est non solum Laertes trisyllabū inueniri sed bisyllabū: quod in patronymico laertiades apud Horatiū in primo carminū annotauim<sup>9</sup>. Sic enim antiquissimos textus scriptos cōperimus: Non tu Laertiaden exitiū tuæ gentis non pylum nestora respicis. sunt enim uersus asclepiades. Alii

- nolunt ab eo uersu tu abiiciatur: remanetq; non laertiaden exitium tua: stareq; uersu sine synarisi: sicut  
 apud Ouidium in heroidibus: Laertesq; senex Telamachusq; puer. Et apud Horatium in secundo sermonu  
 O Laertiade quicquid dicam aut erit aut non. ubi ea bisyllabum posuit. at Ouidius Horatii textum quem  
 adduximus in carminibus. æ. monosyllabum confirmans in duodecimo sic inquit: Laertiadaq; fuit tantæ  
 fiducia laudis. ubi aliter uersus non staret: nisi laertiada tetrasyllabum esset.
- L**æstrigones prima cum. æ. diphthongo sequens cum. t. exili & y. græco scribitur: fuerunt teste Martiano libro  
 vi. in extremo Italiae uersus Siciliam gentes feritate famosæ. ad hos teste Homero libro decimo odyssæ cū  
 diuerneret Vlyxes: & illos aduersos experiretur unica perdita naue diffugiens peruenit ad Circe. Deinde  
 cum rediens peruenit ad phæacas: & in conuiuio Alcinoi hos & cyclopa humana carne uesci narrare: tãq;  
 fingentem & mendacem nonnulli aspernati sunt. ut Iuuenia. in satyra: Quis nescit uolusi: Fingentem imma-  
 nes læstrigonas atq; cyclopa. Sed id uerum fuisse asseruit Plinius circa initium libri septimi naturalis histo-  
 riæ. ob quod Aulus Gellius libro. xv. noctuū atticarum: præstantissimos inquit uirtute prudentia uirib; Iou-  
 uis filios pœtæ appellarunt: ut Acacum: & Minoa: & Serpedona. ferocissimos & imanes & alienos ab om-  
 ni humanitate tanq; in mare genitos Neptuni filios dixerunt: ut cyclopa & cecryona & læstrigonas.
- L**æius cum. i. latino scribitur: fuit unus pater Oedipi. alter filius Polydori filii Cadmi & frater Labdaci.
- L**æmachus cum. ch. aspirato scribitur: nomen est uiri atheniensis proprium.
- L**æmion cum. i. latino scribitur: mons est ionia notus fama Endymionis. unde & ipse Endymion Iami? cogno-  
 minatus est. Ouidius li. secundo tristium: In uenerem anchises in lunam Iamius heros.  
 In cererem Iamius qui refratur erit. Et libro tertio de arte amandi: Iamius endymion non est tibi luna ru-  
 bori & reliqua.
- L**ampia cum. i. latino scribitur: fluuius est arcadiae. de quo meminit Statius in quarto thebaidos cum ait: Ca-  
 densq; iugis lampia niuosis.
- L**ampfacum cum. m. ante. pl. & c. exili scribitur: fuit teste Cicerone libro tertio uerrinarum oppidum in hel-  
 lesponto clarum & nobile: cuius ciues lampfaceni dicuntur: quæ dictio absq; æ. diphthongo scribitur: ex eo  
 oppido oriundus fuit Priapus: qui teste Seruio ob magnitudinem uirilis membri ab aliis ciuib; pulsus fuit  
 & teste Pl. li. quinto naturalis historiae: eam urbem Homerus adrastiam uocitauit.
- L**ampetia cum. t. exili & i. latino scribitur: fuit Solis filia ex Neara sororq; Phætusa. hæc transeunte Vlyxe  
 patri armeta custodiebant: ut uidebimus in dictione Phætusa.
- L**amphæus cum. ph. aspirato scribitur: mons est arcadiae teste Pl. libro quarto naturalis historiae.
- L**angia cum. i. latino scribitur: fons est in nemæa filua arcadiae ut ostendit Statius in quarto thebaidos: & nos  
 supra uidimus in dictione Hypsipyle.
- L**aphithæ ab aliquibus cum. ph. aspirato: a nonnullis cum. p. exili: uidelicet lapithæ: & ultima cum. th. aspira-  
 to scribitur: fuerunt in thessalia alpestres populi: qui bella cum centauris gessere. unde Virgilius li. georgi-  
 corum secundo ait: Et magno ilatū laphithis cratere minantē. de quibus in dictione centauri uidimus.
- L**apathum cum. p. exili & th. aspirato scribitur: herba ea est: quæ solo radice nomine a uulgo cognominari  
 existimo: eamque usque ad tria cubita descendere dixit Plinius libro. xviii. naturalis historiae ubi plura de  
 lapatho loquitur.
- L**arius cum. i. latino scribitur. Quidam græcum nomen esse putat. & a λάρωσ̄ aue: quæ latine fulica dicitur  
 deductum. nam lacus est Italiae teste Seruio super secundū georgicorum uicinus alpiibus: apud quæ fulica  
 maxime abudat. Idem iuxta Catonem in originibus per sexaginta tenditur miliaria. & larius huius larii fa-  
 cit: sicut Iulius Iulii Mercurius Mercurii.
- L**arissa cum. i. latino & duplici. s. scribitur: fuit thessaliae urbs. & ob uiciniam: quam habebat ad pthiaz (ut  
 dixit Seruius) Achilles est dicta patria: dicente Virgilio libro aeneidos secundo: Quos neq; tydides nec Iarisse  
 achilles. & Lucanus libro sexto ciuitates thessaliae connumerans ait: Atq; olim Iarissa potens.
- L**arise: quæ cum. i. latino & unico. s. scribitur: urbs est æoliae: ut scribit Herodotus libro historiarum primo.
- L**arodii cum unico. r. scribitur: populi sunt teste Herodoto libro historiarum quarto in asia scythica.
- L**aodonia cum. o. post. a. in secunda: & per. i. latinū in penultima scribitur: fuit teste Homero libro sexto ilia-  
 dos filia Bellerophonis: quæ ex compressu Iouis effecta grauida dium Sarpedanē genuit. Sed Laodamiaz  
 (ut ait Homerus) Diana irata mortem attulit.
- L**aomedon cum. o. post. a. scribitur: fuit filius Ili regis troia: cuius omnē genealogiam posuit Homerus usq;  
 ad Hectorem & Aeneam: de qua in dictione Priamus plene uidebimus.
- L**aodocia cum. o. post. a. & c. exili: atq; i. latino scribitur: nomen fuit prouinciæ.
- L**aodice cum. o. post. a. & i. latino: atq; c. exili scribitur: fuit una ex filiabus Priami formosa quidem: & quæ  
 Helicaoni filio Antenoris regis thraciae nupsit: ut ostendit Homerus libro iliados quarto: altera fuit Aga-  
 ménonis filia ex Clytæmnestra: ut idem libro octauo iliados enarrat.
- L**aodiceus cum. o. post. a. & per. i. latinum: atque. c. exili scribitur: fuit teste Homero libro iliados quarto: An-  
 tenoris Iuliani filius.

- L** aodocus cum .o. post .a. & ante .e. exili scribitur: fuit teste Homero libro octavo odyssea: Alcinoi regis phaeacum filius. Item & Laodamas alter ἀλαός παῖς ἀλκινόοιο.
- L** atona cum .t. exili scribitur: fuit Caei Titani filia: dicente Niobe apud Ovidium libro .vi. Nescio quam aut detis nata: titanida caeo Latonam praefere mihi. fuitq; mater Apollinis & Dianae: quae ab illa Latonia dicitur. Virgilius: Astrorum decus & nemorum latonia custos.
- L** atomia cum .t. exili scribitur: dicuntur a nostris lapidicinae. Nec apud nos singulare habet quod apud graecos λατόμιον comperim in singulari. at in plurali dici possunt quasi λίθον id est lapidum. Tomiati incisores, unde Liuius in bello macedonico scribit. M. Catonem superiorem: qui dictus est censorinus in censura fecisse atria duo martium & titium in latomiis. idem in sexto libro belli punici secundi incendium romae describens sic ait: Comprahensa postea priuata aedificia: neq; .n. tunc basilicae erant comprahensae latomia: forumque piscarium: & atrium regium: aedes uix Vestae defensa.
- L** atymnus cum .t. exili & .y. graeco: sequente in ultima .m. ante .n. scribitur: mons est cariae: super quem Endymionia etiam obdormiuisse dicunt poetae: ut Cicero refert libro primo: de questionibus tusculanis.
- L** atro cum .t. exili scribitur: dictio est graeca teste Seruio super .xii. aeneidos circa initium. & deducta λατρεύω: quod est seruius. nam (ut ipse Seruius inquit) latrones dicuntur obsequi & seruire mercede: & conducti milites uocantur latrones. Et subdit: moris autem erat: ut hos imperator circa se haberet: & primos mitteret ad omne discrimen. nam ut dixit Virgilius latronis telo. i. uenatoris fixum leonem ideo dixit: quia etiam uenatores operas suas locare consueuerunt. Varro tamen dixit hoc nomen posse etiam latinaz habere etymologiam: ut latrones dicti sint: quasi laterones: quia circa latera leguntur: quos nunc satellites uocant. una tamen est significatio licet diuersa etymologia.
- L** aena prima cum .e. absq; diphthongo: secunda cum .a. diphthongo scribitur: graecum est uocabulum: quod leonem foeminam indicat. Virgilius in Alexi: Torua laena lupum sequitur. Et libro georgicorum tertio: Catulorum oblita laena. Vbi dixit Seruius: laena graecum est: sicut dracena. nam nos hic & haec leo dicimus. lea namq; usurpatum est: quia in .o. exeuntia masculina ex se foeminina non faciunt: ut fullo latro leo. Sane an inter omnem uitam laena unum pariat: ut scripsit Herodotus libro historiarum tertio: uel plures gignat & educet catulos: ut uoluit Homerus: ab Aristotele in li. de animalibus determinatum fuit plene.
- L** ebes cum .e. absq; aliqua diphthongo scribitur: & est teste Porphyrio super nonum iliados: Homeri librum uas aeneum in quo res bulliunt.
- L** eleges cum unico .l. & absq; diphthongo scribitur: populi sunt: quos (ut nonnulli ferunt) alio nomine thessalos uocamus: quasi λελογισμενος: hoc est rationales: quia ceteris graeciae populis praestare uidebantur. Lucanus de thessalia loquens ait: Mox lelegum dextra pressum descendit aratro. Herodotus uero libro historiarum primo dicere uidetur hos illos maritimos fuisse populos: qui postea caeres uocati fuerunt.
- L** ectus cum .c. & .t. exilibus scribitur: uerbum est graecum: & apud illos in neutro genere λεκτρον dicitur. Euripides ἐκβη inquit: λεκτρα γαμεινον. Homerus similiter in batrachomyomachia.
- L** eda cum .e. absq; diphthongo scribitur: fuit Tyndari regis coniunx: cum qua Iouem sub forma Cyni concubuisse dixere poetae. Eamq; ouum unum peperisse: ex quo nati sunt Castor & Pollux. Sed quod duo oua ediderit: intellexisse uidetur Horatius cum dixit: Nec gemino bellum troianum orditur ab ouo. Fuit etiaz mater Helenae. & a Leda ledaeus cum .a. diphthongo in penultima deriuatur. Virgilius li. aeneidos tertio: Ledaeam hermionem lacedaemonioq; hymeneos.
- L** emnos cum .m. ante .n. scribitur: una est ex cycladibus aegaeo mari circumflua: in quam Iuno Vulcanum filium cum eum turpem peperisse conspiceret: e caelo deiecit. Hic postea cum deorum faber effectus esset: ad hanc insulam ab aetna refocilationis causa redire solebat. ubi ut ait Stadius libro .v. thebaidos: Lenius ignifera fessus respirat ab aetna: Vestit athos nemorumq; obscurat imagine pontum.
- L** enaeus prima cum .e. absq; diphthongo: sequens cum .a. diphthongo scribitur: nomen est Bacchi deductum a ληνος: quod est torcular. Virgi. li. georgicorum secundo: Huc pater o lenae ueni.
- L** eochares cum .ch. aspirato scribitur: fuit sculptor sua aetate eximius. de quo uidebimus in dictioe mausolus.
- L** eonides cum .i. latino scribitur: fuit nobilis sparta: & deinde rex eo modo quo spartani regem habebant. Hic non modo miranda contra Xerxem agit: sed pene incredibilia: ut apud graecos Herodotus libro historiarum septimo: & apud nostros Iustinus libro epitomatum secundo: ostenderunt. Quin & genealogiam traxisse ab Hercule ostendit idem Herodotus in eodem libro connumerans omnes eius progenitores usque ad Hyllum & Herculem. Fuit & alius Leonides Alexandri magni pedagogus: qui teste Quintiliano li. primo: de institutione oratoria cum quibusdam uitiis imbuuit: quae robustum quoq; & magnum regem ab illa institutione puerili persecuta sunt.
- L** eitus cum .i. latino & .t. exili scribitur: fuit teste Homero libro secundo iliados: unus ex quinque boetiorum principibus: qui ad troiam uenere.
- L** erna cum .e. absq; diphthongo scribitur: regiuncula quaedam est in arcadia: sic quoq; a Lerno rege cognominata: iuxta quam fuit argos. iuxta quam fuit Argo oppidum unde graeci Argiui dicti sunt ut uidebimus in dictioe

Argos. Et a lernas lernaus cum. æ. diphthongo deducit. unde lerna palus: in qua fuit hydra quinquaginta capitum ab Hercule postea interfecta: ut uidimus in dictione hydrus. Ideo ait Virgi. libro aeneidos octauo: Lernaus turba caputum circumfsetur anguis.

**L**ethargus prima cum. e. absq; diphthongo: sequens cum. th. aspirato scribit: ille dicitur qui obliuionē patit. & descendit a ληθη: quod est obliuio. unde etiam lethæus.

**L**ethæus eodem modo scribit: & eandem habet deriuationem. potestq; latine dici obliuiosus.

**L**ethum eodem modo scribit: ponitur a nostris pro morte. & a ληθη quod est obliuio teste Festo traductum est. Alii teste Prisciano in decimo latinum faciunt: & a leo uerbo simplici nasci dicunt: quod in usu sic quoq; non est: sed in compositione de leo de leui habetur. unde letus dici uolunt: quia uitam delectat. quod si sic eēt absq; aspiratione scribi deberet. Sed magis placet græcum esse: & a ληθη deduci. unde etiā teste Solino fluuius ille: qui in aphyrica iuxta beronicē urbem fluit: lethæus hoc est obliuionis amnis uocatur: quem ut ait putant inferna inundatione prorumpere: & apud priscos uates latex obliuionis commemoratur. De quo Lucanus libro octauo meminit cum ait: Quam iuxta lethæus tacitus prælabitur amnis: Infernis ut fama trahens obliuia uenis. Et inde lethargus & lethæus: ut supra uidimus. At uero lætum quod latinum est: & a leo descendit: eo quod ex læticia quis faciem delatare dicatur: cum. æ. diphthongo & t. exili scribit. Idque appellamus: quod aspectu gaudium promit. Nam gaudere proprie est intrinsecus: Lætari extrinsecus. Et quæ natura sic institutum est: ut quæ bona corporis habitudine sunt alacriora: quæ uero debili tristiora sint: eo fit ut pingua uocemus læta: ut lætas oues: lætos greges: læta armenta. & hinc transferimus ad similia: ut ad fetes: ad uites: ad oliueta: ad cæteras arbores. Vnde quemadmodum illa: ita hæc quoq; qualia sint: declarat aspectus. Veruntamen non appellantur homines læti ob fecunditatem: pinguedinem: pulchritudinem: grauitatem. & similia. Sed ob ea quæ tantum in nostros usus cedunt: læticiam nobis uoluptatemq; pariētia. Quæ sane regula multifariam lætum & sine ambiguitate in utendo suppeditabit. Vnde apud Seruiū signifiat fecundum: pingue: grauidum: pulchrum: uiride. & multa alia: quæ ex Virgi. annotauit.

**L**eucothea cum. c. exili: & th. aspirato scribitur: fuit filia Cadmi ex Hermione coniuge: quæ & alio nomine dicta fuit Ino uxor Athamantis regis thebarum. quæ ut maritum suum furere conspexit: cum Melicerta filio in mare præcipitem se dedit. Et ut ait Cicero de natura deorum dicta fuit a græcis quidem Leucotha: a nostris uero Albunea: seu alba dea. Nam λευκη alba dicitur: & εα dea. Ab aliquibus uero interpretatur Matuta etiam græco uocabulo. quæ ab Homero ponitur pro Aurora. Vnde teste Prisciano matutinum deriuatur. At uero Melicertam Palamona dixerunt: dicente Ouidio: Leucotheaq; deam cum matre palamona dixit. Sed a nostris Fortunus cognominatus est.

**L**eucothoe secunda cum. c. exili: penultima uero per. th. aspiratum sequente. o. uocali scribitur: & alia fuit a superiori. nam a οέω: quod est curro deriuatur: quasi alba fuerit & currens. fuit Orcami ex Eurimone filia: illa dicente apud Ouidium li. metamorphoseos quarto:  
Rexit achimēnias urbes pater orcamus: isque  
Septimus a prisco numeratus origine belo. Et paulo prius dixerat:  
Tempore leucothoe multarum obliuia fecit  
Gentis odoriferæ: quam formosissima partu  
Edidit eurymonē. & reliqua.

**L**euippus cum. c. exili contra græcorum grāmaticas regulas: & i. latino: atq; duplicato. p. scribitur: fuit philosophus eleates patria. secundū uero quosdam alios abderites: & fuit Zenonis auditor.

**L**eutychedes secunda cum. t. exili sequente. y. græco: atq; ch. aspirato: & i. latino scribit: fuit teste Herodoto li. historiæ sexto: uir laecedæmonius inimicus Demarati: post cuius fugam constitutus fuit spartanorū rex.

**L**euargillon cum. c. exili: & i. latino: atq; duplicato. l. scribitur: dici potest latine candida argilla.

**L**eucas cum. c. exili scribit. insula est teste Pomponio disposita contra sinum ambracium iuxta epirum: habet montem altissimum. & est memorabilis uictoria Augusti contra. M. Antonium & Cleopatram. Eadem fuit hætenus continenti coniuncta: ut ostendit Ouidio. li. metamorphoseos. xv. cum ait:

Leucada continuam ueteres habuere coloni:

Nunc freta circueunt. & reliqua. Est etiam leucas oppidū percelebre in acarnania parte epiri: olim teste Plinereitum uocitatum. & a leucas deducitur leucadius. Virgi. li. aeneidos tertio:

Mox & leucadii nimbofa cacumina montis.

Et formidatus nautis aperitur apollo.

**L**æus prima cum. y. græco: sequens cum. æ. diphthongo scribit: ut in antiquis exactisq; marmorū inscriptionibus scriptum cōperi: nomen est Bacchi: dicente Ouidio li. iii. metamorphoseos:

Tura quæ dant bacchūq; uocant bromiumq; liæum. Et deriuatur a λυω: quod est soluo: eo qd mentem & membra uinum dissoluat. unde sequitur paralyfis.

**L**ibanus cum. i. latino scribitur: mons est inter arabes & phœnices. est etiam genus arboris tus producentis.

**L**ibya prima cum. i. latino: sequens cum. y. græco scribitur: & terminatur in. a. & in. e. ac dici potest in recto

libyæ absc̄q̄ diphthongo: & si qd̄ in .a. desinat accepta .e. facit genitiuū cū diphthōgo: ut libya hui⁹ libyæ.  
si uero in .e. desinat in recto: græce declinat hui⁹ libyæ. Et est regio aphrycæ: quæ ab atlante monte maurita  
niæ incipit: & ad canopum usq; nili hostium pandit. sic quoq; dicta (ut plurimi asserūt) ab Libya uxore Epa  
phi Iouis filii. Qua utiq; litteratura omnia ab illa descendētia scribunt: ut libyssa huius libyæ oppidū bi  
thyniæ: libystis huius libystidis. Virgi. li. æneidos. v. Horridus in iaculis & pelle libystidis ursæ. libystinus  
libystina libystinum.

- L**ibyssa eodem modo: ut superior: ac per duplex .s. scribitur: oppidum fuit bithyniæ: ubi teste Pli. circa finez  
libri quinti naturalis historiæ: nunc Hannibalis tantū tumulus est.
- L**ibystis simili modo cum .i. latino in prima: sequens per .y. græcum: ultima cuz. t. exili & .i. latino scribitur: &  
est ac si libycam diceret.
- L**ibystinus in eadem scriptura cum superiori: dictus fuit Apollo ab his: qui pachynum siciliæ p̄montoriū in  
colebant: eo q̄ imissa libycis: hoc est hostibus carthaginēlibus peste pene cūcti subita morte interierunt.
- L**ibs cum .i. latino: sequente .bs. scribitur: q̄q̄ .ps. pprie sequi deberet. nam græce λιψ scribitur: & ē uentus  
aduersus uulturnum: quē aphricum uocamus. & inde libonotus dicit: quem nos austrum dicimus.
- L**iburnum cum .i. latino scribitur: græce uero λιβυρνον dicitur. sed nos illud .y. græcum in .u. nostrum con  
uertimus: & præponētes ad .r. dicimus liburnum: genus est nauiculæ uelocissimæ a liburnis primo comptæ  
ut Parthenius grāmaticus attestatur. Ad cuius similitudinem constructum fuit uehiculum: quo romani no  
biles uelocissime portabantur: dicente Iuuenale in tertia satyra: Diues & ingenti curret super ora liburno:  
cuius uelocitatem ostendit cum dixit curret. ob quod etiam præco festinans liburnus dicitur: ut idem i sa  
tyra Crispini ait: Primus clamante liburno Currere iam sedit rapta p̄perabat ab olla. sed liburnus p̄ nauib⁹  
usus est Horatius in epodo: Ibis liburnis inter alta nauium amice p̄pugnacula: quas & liburnicas in uita Au  
gusti Suetonius appellauit: alia tempestate in traiectu bis confictatus. primo inter p̄montoria pelopounesi  
atq; ætholiæ. rursus circa montes cærauios utrobq; parte liburnicaruz demersa: simulq; eius in qua uehe  
batur fufis armamētis & gubernaculo distracto.
- L**iburnia cum .i. latino utrobq; scribitur: regio est inter illyrim & dalmatiam: de qua ait Pli. libro. iiii. natura  
lis historiæ: liburniæ finis ad initium dalmatiæ salona est.
- L**ycia prima cum .y. græco: sequens cum .c. exili: & .i. latino scribitur: regio ē in minori asia finis pamphilæ ex  
parte orientali: ex parte uero occidentali cariam terminat: sic quoq; cognominata a Lyco Pádionis filio: cū  
prius teste Herodoto li. historiæ primo: termile diceretur. in hac ciuitas est patera in qua sex mensibus āni  
ab Apolline responsa dabantur: reliquū uero temporis apud delon. unde & lyciæ sortes a Virgilio nūcupa  
tur. est etiam in capuincia mons chimæra: ut in ea dictione uidimus.
- L**ycus cum .y. græco & .c. exili scribitur: a nostris pprie lupus dicitur: ut in dictione agnus uidimus. At eo no  
mine & scriptura plures legūtur uiri memorandi. Vnus quidem troianus fuit. de quo Virgilius li. æneidos  
primo: Et crudelia secū fata lyci. Alius thebanus genere ignobilis: qui cū a Creōte Hercules socio exulasset:  
& Hercules cum Perithoo & Theco ad inferos descendisset: regnū thebanuz cepit: ut plene omnia scripsit  
Seneca in Hercule furente. Alius fuit etiam thebanus rex: qui cū uxorez formosissimā Antiopen a Ioue gra  
uidam conspexisset: eam a se abdicauit: ut in dictione Dirce uidimus. Alius fuit regis Pandionis filius: qui  
& a felyciam nominauit.
- L**ycæon cum .y. græco & .c. exili scribitur: fuit arcadiæ rex Titani & Terræ filius: qui cuz solitus esset necare ho  
spites: & Iouem similiter hospitio susceptum necare uellet: mutatur a Ioue in lupuz: ut Ouidi. li. metamor.  
primo: plene monstrauit. Fuitq; pater Calistonis: quæ in arcton cōmutata: ut i ea dictione uidimus. Tandem  
cælo locata fuit: dicente Virgi. li. georgicorum primo: Claramq; lycæonis arcton. & Ouidio li. iii. de tristib⁹  
Quæq; lycæonio terra sub axe iacet. Alius fuit Priami filius: & pater Pandari. Cui⁹ Thoracem teste Home  
ro libro iliados. iiii. Paris cum Menelao induit.
- L**ycæus prima cum .y. græco: sequens cum .c. exili: & .æ. diphthongo scribitur: mons ē arcadiæ: in quo bicor  
nis Fauni templum fuerat: a quo lycæa ludicra illi sacra: a nobis lupercalia dicta sunt. Vnde Ouidius li. fa  
storum secūdo ait: Quid uetat arcadico dictos a monte lupercos: Faunus in arcadia tēpla lycæus habet. Nā  
(ut diximus) quos græce lycos: latine lupus dicitur. Et quēadmoduz ex illo deriuat lycæus & lycæa: sic ex no  
stro lupercal. & lupercalia ludicra quædam dicuntur: quæ ob tēporis obseruationē (ut dixit Plutharcus in  
uita Romuli: quā ego e græcis in latinum transtuli) ad expiandos manes constituta uidebant. Fiebant enim  
(ut ille ait) nephastis diebus mensis februarii: quem piacularē interpretatur. Vnde prius quoq; diem illaz  
febratam uocabant. Quod Ouidius tetigit cum ait:  
Februa romani dixerē piamina patres. Et subdit in eodem libro:  
Tertia post idus nudos aurora lupercos  
Aspicit: & fauni sacra bicornis eunt. Et ut pleriq; existimant ab arcadiis: qui cū Euandro uenerant hoc solen  
ne ad eas ptes: ubi nuuc est Roma allatū fuit. Quod expressit Ouidius cum de his ludis locutus est dicens:  
Transtulit euander siluestria numina secum. Hic ubi nunc urbs est: tunc locus urbis erat. Et inde Liuius lib.

primo ab urbe ait: Ferunt Euandrum solenne allatum ex arcadia instituisse: ut nudi iuvenes lycæum Pana  
tinerantes: per luxum atq; lasciuam current: quem romani deinde uocauerunt Inuum. Hunc Seruius Pa  
na esse dixit ab ineundo passim cum aialibus. Alii uero referente Plutarcho putant a lupa: quæ Romulū edu  
cauit potius emanasse: cum ut ait lupeales ludicrum incohent: ubi expositum Romulū fuisse ferunt: tæsti  
quæ ad sacra pertinent: minus conueniant. Nam ut subdit: Capellas maciant: deinde gemini adolescentes  
præclari sanguinolento gladio sædatam sibi faciem attingunt. Alii ilico cum lana lacte madida accurrunt atq;  
abstergunt sanguinem. tum uero opus est ut rideant adolescentes. Et demum ereptis caprage tergoribus nudi  
in subligaculis per ciuitate discurrent: quicūq; sibi obuiam fiunt uerberant coriis. Et ut idem Plutarchus pro  
sequitur: Mulieres uero iam adultæ ultro se his offerunt. ac palmas uerberandas porrigunt: existimantes id  
sibi foelicem pariundi facultatem præstare. Quod Ouidius præfato secundo salutorum libro tetigit cuius ait:

Nupta quid expectas? non tu pallentibus herbis

Nec prece: nec magico carmine mater eris.

Excipe foecundæ patienter uerbera dextræ:

Iam focer optatum nomen habebit aui.

Et Iuue. similiter in satyra secunda in adolescentulos: quæ nubebat inuehens inquit: Et illis Turgida non potest co  
dita in pyxide lyda: Nec potest agili palmas præbere lupercis. Sed ut refert Plutarchus: Bucas quædam in illis  
elegiis: quas de romanæ regis descriptionibus inscripsit: fabulosam quandam sup his attulit sententiam. Ait. n. quæ cum  
Romulus Amulium supasset: una cum fratre Remo ad eum usq; locum: in quo lupæ mamas expositi fuisse: præ  
læticia ecurrisse. Et ut ait Aeterna eius rei memoria posteritati foret eos ludos instituisse: Ideoq; nobiles ge  
nere adolescentes currere: ac ferire eo pacto quicūq; obuiam fiebant: ut significaret Romulū ac Remū ipsum: cum  
oli strictis ensibus ex alba profugissent: atq; gladio illo sanguinolento faciem attingere: ut cædis illius & periculi  
posteris monumentum esset. Et deniq; eo lacte in sanguinis abstersione uti: ut indicaret eorum miracula ac pene di  
uinam educationem. Sed mouet quæstionem Ouidius: ac in hisce uersibus dissoluit: aliam a Buca sententiam asserens:

Cur igitur currant: & cur sic currere mos est:

Nuda ferant posita corpora ueste rogas.

Ipse deus uelox discurrere gaudet in altis

Montibus: & subitas concipit ille feras.

Ipse deus nudus nudos iubet esse ministros:

Nec fatis ad cursus comoda uestis erat. Refert etiam Plutarchus. C. Acilius scripsisse Romulū: cum ante conditam  
urbem sua pecora perdidisset: supplicatum Fauno primo concessisse: deinde nudum ne sudore impediret: oes saltim cur  
rendo lustrasse. Ideo nudatos lupeales hæc ludicra celebrare. Seruius uero in octauum aeneidos Virgilius: super  
eo uersu cum ait: Hinc exultantes salios nudosq; lupeos dixit. Cum in honorem Fauni seu Panis lupcalium solenitas  
coleret romanorum pecora repete a latronibus rapta sunt: illi mox piectis uestibus latrones sunt percuti: quibus op  
pressis atq; receptis aialibus propter rem a nudis proferre gesta: consuetudo mansit: ut nudi lupealia celebrarent  
Iusti. uero li. xxxiii. sui epitomatis cum Ouidio concordans magis ex habitu dei: cui ea sacra fiebant: quæ ex alto nu  
ditatis causam referre uidetur. Ait. n. sub Fauno Italiae rege Euander arcadiae urbe pallateo in Italia eius mediocri  
turba popularium uenit. Cui Faunus & agros & monte: quem ille postea pallatium appellauit: benigne assignauit  
In huiusmodi radicibus templum lycæo: quem greci Pana: romani lupcū appellant constituit: ipsum dei simulacrum  
nudum: caprina pelle amictum est: quo habitu romæ lupealibus decurrit. hæc ille. Verum quia in his sacris canem  
immolabant romani: causam reddens Plutarchus ait: Canem ad id sacrificii genus plurimum pertinere. Nam & greci  
ipsi in huiusmodi piacularibus sacris (κατασκευαστα uocant) catulos macrare consueuerunt. Vel pot  
tius ut Romulus ipse lupæ eius nutrici gratias referret: quæ atrocissimos hostes canes habet. uel forte ut la  
cefferet ad cursum lupeales: quem admodum canis succendi ad iracundiam facile consueuit.

- L ycastus absq; aliqua aspiratiōe: & y. græco scribitur: fuit teste Homero li. iliados. ii. urbs in creta.
- L ycida prima cum y. græco: sequens cum. c. exili: & i. latino scribitur: fuit proprium cuiusdam pastoris nomen:  
a lycos deductum. De quo saepe Theocritus & Virgilius.
- L ycimnius prima cum y. græco: sequens cum. c. exili & i. latino scribitur: fuit frater Astyoche: & in bello troia  
no a Telepolemo interfectus: ut in ea dictione uidebimus.
- L ycini prius cum y. græco: & sequens cum. c. exili & i. latino scribitur: nomen fuit proprium nonnullorum illustrium uirorum.
- L ycomedes cum y. græco: & c. exili scribitur: fuit teste Homero libro iliados nono: Creontis filius.
- L ycisca prius cum y. græco: sequens cum. c. exili & i. latino: atq; similiter ultima scribitur: nomen est compositum ex ly  
cos: quod est lupus & scylos canis: quasi lyci. i. lupi: scylos canis. Nam canis est natus ex lupa: ut Vir. Multum latrante lycisca
- Lycopia cum y. græco & c. exili scribitur: fuit urbs atolia.
- Lycus cum y. græco & c. ac. t. exilibus scribitur: fuit teste Homero libro. ii. iliados oppidum in creta sub re  
gno Idomenæ: a quo eum Lycium Virgilius dixit li. aeneidos. iii. cum ait: Et salentinos obsedit milite capos  
Lycius idomenæus. & in bucolico: Lycius agon.
- Lyconia eodem modo scribitur: & similiter cretae fuit urbs.



- L** ychnus prima cum. y. græco: sequens cum. ch. aspirato scribitur: a nostris dicitur lucerna: quo nomine usus fuit Virgilius in fine libri aeneidos primi cum ait:  
 Dependent lychni laquearibus aureis. Martialis in quarto:  
 Pondero potō cano lauo laudo cœno quiesco:  
 Dum paruus lychnus modicum consumit oliui. Suetonius in uita Cæsaris: Ascenditq; capitolium ad lumi-  
 na sexaginta elephantis dextra & sinistra lychnos. At lucerna teste Seruio a lychno deducitur. Alii a luce: licet  
 syllabæ primæ quâtitatem commutet.
- L** ychnites prima cum. y. græco: sequens cum. ch. aspirato & i. latino: ultima cum. t. exili scribitur: marmor ē  
 album: quod in paro insula effodiebatur: sic quoq; cognominatū teste Plinio li. xxxvi. naturalis historiae: q̄  
 ad lucernam in cuniculis caderetur. Idem Varronem dixisse affirmat.
- L** ycophrō cum. y. græco & c. exili scribitur. fuit Periandri corinthiorum tyrāni fili⁹. Hic teste Herodoto li.  
 historiarum. iiii. patri (quia matrem occiderat) conciliari nunq̄ potuit: quem etiam pater iam senescens cū  
 in successione tyrānidis aduocaret: constantissime recusauit: asserens se nunq̄ rediturum corinthuz: quo-  
 ad pater superesset. Tandem cū Periander iam decreuisset dimisso filio cercyram e corintho cōcedere: ubi  
 filius erat: re cognita a cercyrensisibus Lycophron ipse interficitur: & Periander audito nouo defecit: ut i di-  
 ctione Periander uidebimus. Alius eodem nomine fuit poeta tragicus.
- L** ycon cum. y. græco & c. exili scribitur fuit philosophus troadenſis filius cuiusdam Astyanactis: uir eloquēs  
 & educandis instruendisq; pueris maxime idoneus. Aiebat adiungi necessario pueris pudorē & laudis stu-  
 dium: uelut equis calcar. Erat mundissimus habitu: & uestiū uerecibili munditie ac nitore teste Hermippo  
 utebatur. Erat fortissimo corpore: pilæ se ludo exercuit. Tenuit scholæ principatū annis quadragintaquat-  
 tuor. Obiit ānos natus. lxxiii. fessus morbo podagræ. Fuere & alii Lycones: Primus pythagoricus. Secun-  
 dus hicipse. Tertius uerſificator. Quartus epigramatum artifex.
- L** ycopolis eodem modo: ut superior scribitur: fuit teste Diodoro siculo libro historiarum secūdo: urbs ægypti  
 sic quoq; a lupis cognominata: eo q̄ æthiopes agros ægyptios incurſantes: lupi facta acie usq; ad ciuitatem  
 elephantinam repulerunt. Sed ibidem ciuitatem conſtruentes ægyptii: ubi aciez struxerāt a bestiis illis lyco-  
 polim cognominarunt: ac pro diis lupos ipsos uenerantur.
- L** ycoris cum. y. græco & c. exili scribitur: ac a lycos deducitur. fuit cognomen libertæ.
- L** ycurgus prima cū. y. græco sequens cū. c. exili: ultima cū. g. cōsonate scribitur: fuit lacedæmonioꝝ princeps  
 uir clarissim⁹: & in oibus philosophis admirandus. Hic lacedæmonis leges sanctissimas tulit. De quo Vale-  
 de ingratis: Iustinus li. epitomatū. iiii. & Aristoteles i politicis plura scripserūt. Alius fuit nemeæ regiois rex:  
 q̄ Hypsiphylē Thoantis regis filiā p filio nutrice habuit: ut in dictōe Hypsiphyle uidim⁹. Alius fuit thra-  
 cum rex: uel (ut alii uolunt) macedonū: qui Bacchum deū esse negabat. Ob quod dum conaret uites icide-  
 re: crura sibi amputauit. Vnde abstemium eū fuisse Seruius attestatur.
- L** licōr cū. i. latino & c. exilib⁹ scribitur. Quidā græcū uocabulū esse uolunt. Et ut ait Plutar. i uita Romuli li-  
 tor sine. c. dicebat: eo q̄ a græcis λειτοῦργος: hoc ē populi minister dictus sit. Nā ut ait λειτον græci ad-  
 huc populū uocant: & ἐργετης minister nūcupat. Sed (ut idē pergit) iā iterposito. c. romani licōrē dicūt.  
 Alii uero (ut late ostendit Gelli⁹ li. xii. noctiū atticæ) non græcā sed latinā etymologiā illi tribuūt. & a ligā-  
 do licōrem appellatū uolunt. eo q̄ cū magistratus populi romani uirgis quempiam uerberari iussissent:  
 erura ei⁹ ac manus ligari a uiatore solitæ sunt. & is qui ex collegio uiatorū officiū ligandi habebat: licōr est  
 appellatus. Tyro uero Ciceronis libertus licōrē a lino uel a licio: (quod idē est) dici scripsit. Licio. n. ex trās-  
 uerso q̄ ministrabant magistratibus cincti erant. Nāq; erat licōr minister consulis: p̄cōsulis: p̄æsidis: & p̄æ-  
 toris: q̄ fascē uirgæ alligatū cū securi portabat. Et erant licōres consulis duodeni: siue a numero auui⁹: q̄  
 Romulo auguriū regni portēderant. siue (ut magis placet Liuiō) ab ipso numero: q̄ ab hertrufcis acceptus  
 fuit. Nā (ut ait) apud hetruscos ex. xii. populis cōiter creato rege: singulos singuli populi licōres dabant: a  
 qbus & sellā curulē: & togam: & p̄ætextā assumptā rettulit. Alioꝝ uero (ut diximus) officioꝝ licōres tan-  
 tūmodo seni erāt. Sed ex qua materia uirgæ fasciū fuissent: nusq̄ memini me legisse. Existimari tamē p̄t  
 locoꝝ natura nunc ex hac: nunc ex illa arbore fuisse. Nonnulli uero ex uita: hoc ē ex sarmētis uirgas illas fu-  
 isse cōtēdunt. qđ ex luuenale pbare uolunt: q̄ ait in satyra Oibus in terris: de Mario tūc uilissimo milite lo-  
 quens: cū nōnunq̄ uerberaret: Nodosam post hæc frāgebat uertice uitē. Ego uero aliū puto ei⁹ uersus itel-  
 lectū. Nā sicut consulū inſigne erat. xii. fascēs hēre: p̄ætoꝝ ac p̄æsidiū sex: ita cēturionis erat inſigne nō sar-  
 mentū: sed uitē manu deferre: aut certe illa milites delinquētes uerberare. qđ sane cēturionat⁹ fuisse signuz  
 declarat Luca. de Scæua: q̄ ex milite fact⁹ erat cēturio inquiens: Promotus latiā longo gerit ordine uitē.  
 Hac castigatū uite Mariū ut uilissimū militem non modo in aliis membris: sed in capite luuenalis intelligit  
 Idem declarare uidetur Martianus iurifconsultus libro digestoꝝ: unde quinquagesimo de re militari his  
 uerbis: Is qui cēturioni uolenti se castigari resisterit: si uitem tenuit militiam mutat: si ex industria fragit:  
 uel manum cēturioni intulit: capite punitur.
- L** ydus cum. y. græco scribitur: fuit Hercules filius ex Iole Eurythi regis oechaliæ filia. Alter eodeꝝ nomine fi-

- lius Atyis regis meonia: a quo ipsa meonia teste Herodoto libro historiae primo: lydia cognominata fuit.
- L** ydia prima cum. y. græco: sequens cum. i. latino scribitur: regio est teste Plinio libro quinto naturalis historiae: in minori asia antiqua regnorum sedes: quam mæandri sinuosi & pactoli unda facit celebrem: cum aureas ducant arenas. Hæc a Lydo filio Atyis & fratre Tyrrheni lydia cognominata fuit: quæ prius meonia dicebatur. Nam cum ob regni breuitatem fratres se simul ferre non possent: Tyrrhenus forte discedens: atque ad Italiam ueniens: eam tenuit partem: quæ ad mare inferum uersa est: & a se tyrrheniam nominauit. & Lydius remanens meoniam a se lydiam uocari uoluit. In qua sunt urbes teste Herodoto li. historiae primo: lepra: ephesus: colophon: clazemene & phoea.
- L** ynteria prima cum. y. græco sequens absque diphthongo uel aspiratione: & penultima cum. i. latino scribitur infirmitas quædam est: quæ a nostris intestinorum dissolutio interpretatur. Nam componitur ex λυω: quod est dissolutio: & εντερα intestina.
- L** ygdamus cum. y. græco in prima scribitur: nomen est uiri proprium.
- L** igystus prima cum. i. latino: sequens cum. y. græco: ultima cum. t. exili scribitur: fuit teste Fabio pictore Phætonis filius: a quo liguria cognominata fuit.
- L** iguria cum. i. latino scribitur: regio est Italiae pro maiori sui parte montuosa: & apennino constituta: ut monstrat Liuius li. iii. de bello macedonico. Hanc a legisto Phaetontis filio conuersione. y. græci in. u. nostrum dicitur fuisse in superiori dictione ostendimus. Eius caput est genua.
- L** igyes prima cum. i. latino: sequens cum. y. græco scribitur: populi sunt asiatici: qui cum Xerxe teste Herodoto li. historiae quarto: contra græcos militauerunt.
- L** ympha cum. y. græco scribitur: & dicitur a nostris aqua. fitque per mutationem. n. in. l. Nam proprie dicitur nympha.
- L** ymphaticus prima cum. y. græco: penultima cum. t. exili & i. latino: ultima cum. c. exili scribitur: proprie ille dicitur: qui uitium ex aqua contraxit: qui est huc atque illuc discurrens. Vnde poetae pro furiosis iam uocabulum acciperunt.
- L** ilybæum prima cum. i. latino: sequens cum. y. græco penultima cum. æ. diphthongo scribitur: promontorium est siciliæ uersus zephyros dispositum. quo nomine & ciuitas illi propinqua dicebatur. de quo in dictione Sicilia habebitur.
- L** yndus cum. y. græco scribitur: fuit teste Homero libro iliados secundo: ciuitas in insula rhodi: in qua teste Laetantio li. primo diuinarum institutionum: Herculis sacra fiebant: ritu omnino diuerso ab aliis: hoc est male dictis & execrationibus. Ita ut si inter solennia uerbum bonum exciderit: uiolata crederentur: causamque rei illius ibidem explicat. Est & eodem nomine teste Herodoto libro historiae primo: ciuitas altera in dorica regione.
- L** ynter prima cum. y. græco: sequens cum. t. exili scribitur: & teste Prisciano libro. v. græce dicitur λουτήρ. Vnde ex diphthongo abiecta. o. uocali: & adiecta. n. fit lynter: quæ apud nos (ut idem notat Priscianus) generis est foemini: aquæ quæ græcos uero masculini. Liuius in septimo ab urbe: iam multum expulsa lynter. & genus est parue nauis.
- L** ynus cum. i. latino & n. scribitur. fuit teste Hermodoro platonico li. primo: disciplinarum Mercurii ex miffa Vrania filius: & thebis genitus: ut elogium sepulchro incisum ostendit. Virg. uero ait in bucolico: illi patre fuisse formosum Apollinem. Scripsitque teste eodem Hermodoro mundi generationes: Solis item & Lunæ cursus: animaliumque & fructuum generationes. Et in primo uersu sui operis cuncta simul nata dixit: quæ secutus Anaxagoras facta simul omnia similiter dixit: eaque mente accedente composita. Occubuitque in cuboia sagitta ab Apolline transfixus.
- L** yrneseos cum. y. græco & simpli. s. scribitur: fuit teste Herodoto li. historiae. v. phrygiæ ciuitas. Hanc Seruius super decimum æneidos: Briseidis patriam fuisse dicit. & inde lyrneseus. Virg. Haud partem exiguas montis lyrneseus agmon. ubi exponit Seruius. i. phryx.
- L** yrnessus cum. y. græco: & duplicato. s. scribitur: fuit teste Homero li. iliados secundo: thessaliæ ciuitas.
- L** ysanias prima cum. y. græco & penultima cum. i. latino scribitur: fuit unus orator græcus. Alter uir arcas: qui Lycaonem regno expulit.
- L** iptote cum. i. latino sequente. p. & absque aspiratione scribitur dici potest latine defectiua. Nam a λείπω: quod est deficio deriuatur. Et est figura quæ fit cum minus dicitur: & plus intelligitur. ut Virgilius in bucolico: Quid potest quod me ipse aio non spernis amynta. i. libentissime amas. Et li. georgicorum primo: Nec nulla interea est inarata gratia terræ. i. multa gratia. & li. iii. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo: idest ualde placeat & Munera nec sperno: idest libenter accipio.
- L** ipsana cum. i. latino sequente. ps. scribitur: dicuntur a nobis reliquiae: quæ tantum pluraliter declinantur.
- L** ynix cum. y. græco scribitur: fuit teste Seruio super primum æneidos: rex scythiæ: qui missum a Cerere Triptolemum (ut hominibus frumenta monstraret) susceptum hospitio (ut in se tanta gloria demigaret) iterum coegitauit. ob quam rem irata Ceres: eum conuertit in lyncæ feram uarii coloris. Nam quadrupes est habens terga maculis distincta: ut pardus: sed lupo similis: & forte eiusdem generis: dicente Virgilio libro georgicorum tertio:

Quid lynces bacchi uaria: & genus acre luporum: At lynx uifus acumine cætera animalia superare scribit: cuius urina teste Plinio libro octauo naturalis historiae ubi redditur glaciatur in gemmas carbunculis similes: & igneo colore fulgentes. lyncurium dictas. Vnde Ouidius li. xv. metamorphoseos:

Victa racemifero lynceas dedit india baccho:

Equibus (ut memorant) quicquid uesica remisit

Vertitur in lapides: & congelat aere tacto. Et est generis fœminini: ut Lynces bacchi uaria.

**L** yncurium prima cum. y. græco: & sequens cum. c. exili scribitur: dicitur lynceis urium id est urina.

**L** ynceus eodem modo scribitur: fuit uir quidam teste Seneca in Medea summa: i uidendo acuitatis: ut Quique transpontum quoque summota Lynceus lumine immisso uidet.

**L** yra cum. y. græco scribitur. instrumentum est musicum: quod teste Heratosthene poeta græco Mercurius primus ex testudine fecit: atque Orpheo tradidit: qui Calliopes & Oeagri fluminis fuerat filius: & eius rei maxime studiosus. Et a lyra lyrici illi dicti sunt poeta: qui uersus ad lyram decantandos componebant.

**L** yfias prima cum. y. græco: sequens cum. i. latino scribitur: fuit orator græcus miræ iucunditatis. Immo (ut ait Quintilianus) subtilis est atque elegans. & quo nihil (si oratori satis sit dicere) quæras perfectius.

**L** yfius prima cum. y. græco: sequens cum. i. latino scribitur: fluuus est Arcadiæ: iuxta cuius ripas tumulus fuit Aesculapii.

**L** yfippus prima cum. y. græco: sequens cum. i. latino scribitur. fuit in arte sculptoria artifex clarissimus: ut Martialis in epigrammatibus libro nono: Nobile Lyfippi munus opusque uides. Vnde Carolus arretinus contereaneus meus: ludens cum Poggio de Mercurio sibi misso a kyriaco anconitano: in quodam carmine elegiaco inquit:

Denique lyfippus fingat spirantia signa.

Omnia mercurio cedere uisa meo. Nam animosa signa effingere dicebatur. & teste Quintiliano libro duodecimo ad ueritatem optime accessit. Ac ut refert Plinius libro: xxiii. naturalis historiae ad sexcenta decem signorum opera effecisse dicitur.

**L** yfippe eodem modo scribitur: fuit una ex natis Proeti: quæ in uaccas commutata fuerunt: ut uidebimus in dictione Proetis.

**L** yfimachus prima cum. y. græco: sequens cum. i. latino: ultima cum. ch. aspirato scribitur. fuit macedo uir illustris: & Callisthenis discipulus: de quo clarissima scripsit Iustinus libro decimo. Alius fuit unus ex principibus Alexandri.

**L** yfimachia eodem modo scribitur. nam tam hæc dictio: quæ superior ex lyfio: & machia (quod est bellum) componitur. Verum lyfimachia teste Iustino libro. xviii. sui epitomatis fuit urbs hellefipoti: quæ terræmotu corruit uigesimo secundo anno postquam a Lyfimacho rege uno ex principibus Alexandri magni fuerat condita. Sed postmodum reedificata: causa fuit multarum cladum: dicente. L. Floro in secundo suarum historiarum li. Lyfimachia urbs a regibus syriæ condita: ab Antiocho magno hæreditario iure poscebatur: sed a romanis negata: fuit causa potissima secundi belli macedonici.

**L** yfander cum. y. græco: sequente. f. scribitur: fuit uir lacedæmoni: & fœlicitate magis quam uirtute gloriosus: Nam bellum atheniensium cum peloponnesis: quod iam sex & uiginti annis durauerat: ille non sui exercitus uirtute: sed aduersariorum immodestia: atheniensium omnem classem apud egon fluuium cepit: & bellum confecit. Quo facto athenienses se lacedæmoniis dederunt. & Lyfander mirum in modum elatus est. Quo id secutum fuit: ut lacedæmonii in maximum odium gratiæ peruenerint. Nam cum semper factiosus fuisset: nil aliud moliebatur: quam ut omnes ciuitates in sua teneret potestate: quod sed lacedæmoniorum cære simulabat. Sed ille tandem a thebanis occisus fuit.

**L** inum cum. i. latino scribitur: dictum est a lineo uerbo græco & antiquo: quod detinere significat: quia illo omnia detinentur: ac primam producit. Virgilius libro georgicorum primo: Vrit enim lini campum seges: urit auenæ. & simili modo apud grecos producit. At pro homine breuis est. Virgilius in bucolico: ut linus hæc illi diuino carmine pastor. Sunt lini genera nonnulla: sed illud famosius: quod a græcis ἀσβεστην: hoc est inextinguibile ex argumento naturæ suæ teste Plinio libro decimo octauo naturalis historiae: denominatur eo quod non absumatur ignibus. Id nostri (ut ait) uiuim uocant: ardentesque in focis conuiuiorum ex eo se uiddisse mappas Plinius attestatur: quæ sordibus exustis splenduerunt igni magis: quam possent aquis & (ut idem asserit) regum inde funebres tunicae corporis fauilla ab reliquo seperatur cinere. Nascitur in desertis adustisque sole indiæ locis: ubi non cadunt imbres inter diras serpentes: assuescitque uiuere ardendo: rarum inuentu: difficile testu propter breuitatem. cum inuentum est æquat præcia excellentium margaritarum. Hæc de illo Plinius. & huic proximum dicit byssum: de quo in ea dictione uidimus.

**L** ipare cum. i. latino & unico. p. scribitur insula est una ex æoliis: sic quoque teste Plinio libro tertio: naturalis historiae a Liparo rege (qui post Aeolus regnauit) cognominata: ut interpretatur λιπαρος pinguis. Vnde lipareus deducitur: cum. æ. diphthongo in penultima scribitur. Iuuenalis in satyra Exemplo quodcumque malo: Et siccato neptore tergens Brachia uulcanus liperæa nigra taberna.

- L**ifus cū. i. latino & simplici. s. scribitur: fluuius est thraciæ p̄ thasioꝝ mediū fluens. Ad hunc cū uenisset Xerxes rex p̄ sage cū exercitu: ut testat Herodot⁹ libro historiæ. vii. nō sufficiens ad potū deficit. Vnde ait Iuuenalis in satyra: Omnib⁹ in terris: Epotaq; flumina medo Prudente.
- L**ithargyriū prima cū. i. latino: sequēs cū. th. aspirato: tertia cū. y. græco: & penultima cū. i. latino scribitur: spuma est argenti: & uocabulū est compositū ex λίθος quod est lapis: & argyriū: quasi ea spuma in lapidem argenteum sit compacta.
- L**ithostratum prima cum. i. latino: sequens cum. th. aspirato: & reliquæ sine aspiratione scribuntur. & ελιθωσθ i. lapidum stratum patimētum. unde ex græco & uerbo latino a sterno deducto componitur.
- L**ituus cum. i. latino & t. exili scribitur: nonnulli uocabulum græcū putauerūt. ac nomen accepisse a sonitu ex auctoritate Homeri conantur. Alii latinum uolunt: & a lito uerbo deducunt. erat nanq; baculus incuruus: quo sedentes augures: a uibus templa designabant. Et (ut rettulit Plutarchus in uita Romuli) fuit Romuli lituus conseruatus in palatino colle usq; ad celtarum tempora: a quibus capta urbs: incensa fuit. Sed postea expulsis a Camillo hostibus inter altissimas fauillas illesus (cum omnia ignis consumpsit) inuentus ē. Est etiā teste Festo lituus genus buccinæ incuruæ: qua qui cecinerit dicitur liticen. Ennius: Inde loci lituus sonit⁹ effudit acutos. Virg. li. æneidos. vi. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.
- L**yus cum. y. græco scribitur: fluuius est minoris asiæ in pontum defluens.
- L**oligo cum duplici. ll. & i. latino scribitur: piscis est: ut sepia: uel forte ipsa sepia: & inde diminutium lolli-guncula. Plaurus in Casina: Emito sepiolas lepidas lolligunculas.
- L**ocrinus cum. o. post. l. & c. exili atq; i. latino scribitur: mons est in brutiis ad extremum Italiæ: ex opposito ad pelorum: super quo locrus ciuitas ab Aiace Oileo. & naritiis (qui illum secuti sunt ad Italiam) condita fuit dicente Virgilio li. æneidos tertio: Hic & naritii posuerunt mœnia locri. de quibus Iustin⁹ libro. xxii. sui epi-tomatis plura dixit. Nam cum nauigaret Ajax a troia procella naues dispergens: cum illarum partem in li-byam transportaret remanentes ibidem illi oppidum condiderunt: quod locrum uocauerunt. de quib⁹ Vir. libro æneidos. xi. Libyco ne habitantes littore locros. partem uero aliam cū Aiace in Italiam deportauit: ubi condiderunt locri oppidum: quod similiter locrum uocauerunt. Et fuit hætenus teste Platone libro primo timæi flos Italiæ nobilitate diuitiis & gloria gestarum rerū: quā usq; ad sua tempora dicit in arte sapientiæ triumphasse. In hac & erotone teste Plinio libro. ii. naturalis historiæ usq; ad sua tempora epidimia nusquā fuit: nec terræ motus aliquis annotatus est. At Lucrinus cum. u. post. l. scriptus: lacus est campaniæ inter baias & cunas: & dictio est latina a lucro deducta. Naam cum in eodem multitudo piscium caperetur: e quibus lu-cra mercatores consequerentur: lucrinus a lucro uocatus est. Verum cum ei proximū sit mare: & sæpe in lacum exastuaret: grandia quandoq; damna mercatoribus ipsis & piscatoribus inferebat. ob quod grande uectigal: quod romanis perfolui debebant: sæpius frustrabatur. Vnde a senatu Iulio Casari commissum fuit: ut lucrinum a maris impetu immunem redderet: qui oppositis murorum molibus: & paruulo relicto mari quod ad lacum transcenderet rem ipsam confecit. Ob quod aquas iulias uocari uoluit. Vnde Virg. libro georgicorum. ii. in illius laudes hæc ipsa commemorat dicens: An memorem potius lucrinoq; addita claustra: Atq; indignatum magnis stridoribus æquor: Iulia qua ponto longe sonat unda refuso. Verum ea loca saxosa esse & ostreis referta ostendere uidetur Iuuenalis: cui⁹ ait in satyra Crispini: Nulli maior fuit usus edē di Tempestate mea circeis nata forent: an Lucrinum ad saxum rutupinoue edita fundo Ostrea callebat primo deprehendere morsu. sane teste Plinio libro. ix. naturalis historiæ: Ostrearum uiuaria primum omnium Sergius orata inuenit in baiano ætate Lucii Crassi oratoris. Et ut pergit. Is primum optimūz sapore ostreis lucrinis adiudicauit: quando eadem aquatilia generantur alibi meliora: sicut lupi pisces i thyberi amne inter duos pontes: robus rauennæ: muræna in sicilia: elobs rhodi: & alia genera similiter.
- L**ocrus cum. o. post. l. & c. exili scribitur. ciuitas est in brutiis super monte lucrino: ut in præcedenti dictio-ne uidimus.
- L**odix cum. i. latino scribitur: & ut quidam uolunt a λῆνος dictione græca deducitur: quæ apud nos ē lotio ita ut sit omne: quod lectulo imponitur: & lauari potest. Alii uero latinum magis putant: atq; id apud nos designare uolunt: quod apud græcos σαγγίον. hoc est lecti comparatorium. Iuuenalis in satyra: Credo pudiciam: Modo sub lodice relictis. at penultimam producit.
- L**otus cum. t. exili scribitur: fuit teste Ouidio libro. ix. metamorphoseon nympha: quam cum amatam Priapus persequeretur: illa fugiens: & deorum adiutorium implorans: illorum miseratione conuersa est in arbore: sui nominis: quæ i aphrica teste Plinio libro decimotertio naturalis historiæ ea parte: quæ ad nos uer-git nascitur insignis: & præcipue circa syrtes & nasanonas. Eius magnitudo est: quæ Piro. q̄sq; Cornelius ne pos breuem dicat incisura: & folia breuiora q̄ quæ ilicis uidentur. Sed quanto tempore hæc arbor durare poterit: ostendit idem ipse Plinius circa finem libri. xvi. naturalis historiæ dicens: Lotus est romæ in area lucina: quæ eo anno condita fuit: q̄ sine magistratib⁹ tricentesimo sexagesimo nono urbis fuerat incertū quanto uetustior esse quidem uetustiorē non est dubium: cū ab eo loco lucina nominetur. Sed incerta eius loci ætas: quæ capillata dicitur: quoniam uestalium uirginum capillus ad eam defertur.

Verum altera Lotos in uulcanali: quod Romulus constituit ex uictoria de cunis. Ea æqueua urbi intelligit ut testis est Massurius. radices eius in foro usq; ad cesaris præstationes municipioq; penetrant. Et ut pergit fuit cū ea Cupressus æqualis ætatis circa supma Neronis principis p[ro]lap[sa] atq; neglecta. Ex hac arbore teste Julio Polluce de uocabulis reg[is] ad Commodū cesarē optime cōficiunt tibiæ. Sane teste Plinio libro. xxii. Qui lotum arbore tantum putant: Homero auctore argui possunt. Is enim inter herbas subnascētes: deorum uoluptati Lotum primū nominauit.

**L**otophagi cū. r. exili & ph. aspirato scribitur: populi sunt libyci: quos quidā littora libyæ iuxta fyrtes inhabitant: quidā uero magis ad austrū tendētes usq; ad fluuiū Tritonā ptendunt. Hi teste Herodo. li. histori. iii. uiuunt ex fructibus arboris loti: qui dulciores sunt dactylis: ex quib[us] etiā uinū eos cōficere dixit. Ad hos teste Homero in odissea: tēpestate maris pductus accessit Vlyxes: a quib[us] in siciliā nauigauit.

**L**ucani cum. c. exili scribitur: populi sunt inter campaniā & aprutiū: siue inter appulos & calabros. Hi teste Plinio lib. iii. naturalis historia: in sannitibus originē habuerunt.

**L**ucrinus cum. c. exili scribitur: & est dictio latina denotans lacum campaniæ: a lucro deducta. ut uidimus in dictione locrinus.

**L**uthum p colore. Et inde luteus thea theum: cum. th. aspirato scribitur. Nam a λυθρον quod est sanguinolentū traductū est. Est enim color rubeus sanguini consimilis. Persius: iam chlamydes regū: iam lutea cauisapa captis. & inde luteolus la luz. Virgi. in bucolico: Mollia luteola pingit uaccinia caltha. habetq; primam longā. At cū p cœno ponit & sorde: absq; aspirato scribitur: & habet primā breuē. Iuuenalis in satyra: Credo pudiciā: Dum reddit: terrāq; luto ferit intestino. Verū & pro colore nonnulli latinum putant: & a luce nomen assumpsisse. Gellius libro. ii. noctū atticæ: Luteus cōtra ruffus color est dilucidior. unde ei[us] nomē quoq; esse factū uidef. Sed magis placet græcū esse: & cū. th. aspirato scribitur.

Acarius cum. c. exili & i. latino scribitur: fuit nomen uiri p[ro]priū: & interpretat beat[us].

Machaon cum. ch. aspirato scribitur: fuit teste Homero libro. ii. iliados: filius Aesculapii: & frater Polydarii: ut in ea dictōe uidebim[us]. Hic ob solertiam medicinæ artis cum aliis heroibus græcorū ad troiam e creta conuocatus fuit: a quo Mochaonius deducit. ut Ouidius libro primo de ponto: Utq; machaoniis p[er]antius artib[us] heros Lenito medicam uulnere sensit opem.

Maceria cū. c. exili & i. latino scribitur: græcū multi eē uolūt: & a μακρῶν: quod ē λόγῳ deriuari. Nam parietes sunt ex lapidibus absq; cemento: quibus sepi[us] cōsueuit uinea: qui non nisi longi esse possunt.

**M**achæra cū. ch. aspirato & æ. diphthōgo in penultima scribitur: dicitur a nostris sica culter cultell[us] gladi[us]. Iuue. in satyra: Et spes & ratio ait: Nam si pieria quadrās tibi null[us] in arca Ostēdat ames nomē uictūq; machæra.

**M**accabe[us] cū duplici. c. & i penultima cū. æ. diphthōgo scribitur: nomē ē barbagi: sed a græcis sic cōscriptū.

**M**acedonia cū. c. exili & absq; aliq; diphthongo scribitur: puincia est in europa a Macedone filio Osiridis teste Diodoro siculo libro historiæ. i. cognominata. Hæc angustos primit[us] terminos habuit: sed uirtute suorum regū & gētis industria subactis finitimis ita ampliata ē qd de ea sic Solin[us] scripserit: Qui edoni olim populi: quæq; mygdonia erat terra: aut emathiū thessalicūq; erat solū: nūc oē uniformi uocabulo macedonica res est: factūq; corp[us] unū. Nāq; teste Plinio. li. iiii. naturalis historia: centū quinēginta populos tenuit. Quod sane facit ad auctore quorūdā cōcordiā qui in eiusmodi puintiis describēdis discordare uident. At teste Solino macedoniā ab oriente præcingit thracius limes: meridiana thessaliæ epirotæ tenent: ab occidente dardaniū sunt & illyri. Qua in septentrionem tendit: p[er]æonia paphlagonia protenditur.

**M**acyberna cum. c. exili & y. græco scribitur: fuit teste Herodoto urbs sithoniæ: ut in ea dictione uidebimus.

**M**achina cum. ch. aspirato & i. latino scribitur. nam græce dicitur μηχανη: quod apud nos inuentionem indicat. & inde mechanicus cum. e. absq; diphthongo deducitur.

**M**acrocōsmus absq; aliqua aspiratione scribitur. & dicitur a nostris λόγος mūdus. Nā cōponitur ex μακρός quod est longus: & κόσμος mundus.

**M**acrologia similiter absq; aspiratione scribitur: & dicitur longus sermo.

**M**acrobius similiter scribitur: & dicitur longæuus. Nam βίος quoq; uita nuncupatur.

**M**acrochir secunda cum. c. exili: penultima cum. ch. aspirato scribitur: & i. latino. dicitur a nostris longimanus. Nam componitur ex macros: quod est longa: & chir manus.

**M**æander cum. æ. diphthōgo scribitur: fluuius est phrygiæ. ut Oui. libro. viii. metamorphoseos: Non secus ac liquidis phrygius mæander in undis Ludit. & reliqua quæ de eodem scribit. & inde Mæandrius: qui etiā pro nomine proprio ab Herodoto ponitur: & Polycratis amicus.

**M**ænalus cum. æ. diphthōgo scribitur: mons ē arcadiæ teste Plinio. li. iiii. naturalis historia: altissim[us] & amœnissim[us] propinquusq; ad argos: ut dixit Liuius lib. iii. de bello macedonico: & refertus pinis: ut ostendit Virgilius in bucolico cum ait: Mænalus argutumq; nemus pinosq; loquētes Semper habet. semper pastorum ille audit amores. Sed in plurali facit mænala in neutro genere: atq; idem quod singulare significat.